



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**In Evangelia: Qvæ Vsitato More in diebus Dominicis &  
Festis proponuntur, Annotationes Philippi Melanth.**

**Melanchthon, Philipp**

**Vuitebergæ, 1544**

**VD16 E 4532**

Viro Optimo Georgio Helto Forchemio, Philippus Melanthon, S. D.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35272**

**VIRO OPTI  
MO GEORGIO  
NELTO FORCNE**

mio, Philippus Melan-  
thon, S. D.



Agnum & inenar-  
rabile opus Dei est  
rerum creatio. Sed  
multo illustrius te-  
stimonium est, &  
eile Deum, & cura eum generis  
humani adfici, quod ipse sese certa  
uoce, certis testimonijs ac miracu-  
lis, denique & filio misso patefe-  
cit. Nec uero frustra se patefecit.  
sed agnosci uult, et uult exaudiri,  
ac cogitari suam uocem, uult nos  
parere, & beneficia oblata accipe-  
re. Neq; alibi colitur aut inuoca-

A ñ tur,

*Creano  
infratir  
Deum et  
sed multo  
dulci dig  
testimon  
um e vir  
bu Deum  
quo se pa  
tefecit  
Causa cur  
Deus in  
uorbo &  
filio mis  
so se nob  
patefecit  
rit.*

*Nisi q̄ v̄p  
 ruis cultg  
 d̄m, seu  
 cogitio, nisi  
 vbi Eua  
 gelij do  
 cetur.*

tur, nec impertit eterna beneficia,  
 nisi ubi uox **E**uangelij sonat.  
**E**t quanq̄ rident **E**picurei  
 hanc iactantiam nostram, tamen  
 certum est in eo coetu, qui sonat  
**E**uangelij uocem, de filio **D**eī, &  
 adesse **D**eū, & heredes esse uitæ  
 æternæ multos, iuxta illud dictū:  
**Q**uos elegit, hos & uocauit. **N**us  
 q̄ igitur sunt electi, nisi inter uo-  
 catos. **E**t in hoc nostro coetu, id  
 est, in numero uocatorum electos  
 esse necesse est. **C**um autem uoca-  
 tio sit, adduci ad **E**uangelium cog-  
 noscendum, & necessarium, & sa-  
 lutare est legere, meditari, confer-  
 re doctrinam diuinitus traditam,  
 & de ea colloqui cum alijs, expen-  
 dere admirandas sententias, &  
 enarrare, sicut inquit **P**aulus: **N**as-  
 bitet

*Vocatio  
 est ad  
 Eua  
 gelij  
 um dūq̄  
 id legere  
 & cognos-  
 cere v̄p*

bitet inter uos sermo Christi opus  
lenter. Sed addit idem, in omni  
sapientia. Non uult ludere inge-  
nia fingendis cauillationibus, aut  
corruptelis, sed uult reuerenter  
& grauiter audiri uocem diuinā,  
uult metas coelestis doctrinae  
cognosci, extra quas euagari men-  
tibus nostris non licet. Ideoque  
uult Deus & in Ecclesia, & in  
Scholis proponi & explicari doc-  
trinam, quam tradidit. Et semper  
excitauit doctores, qui eam pro-  
pagarent, & quasi custodes essent  
perpetuae in Ecclesia sententiae, ali-  
as plures, & maiori luce donatos,  
alias pauciores & imbecilliores.  
Colenda sunt igitur haec studia  
doctrinae tradite diuinitus, & cō-  
seruanda, & priuate meditationes

**A** in confir-

*Certa me-  
thodg ad  
hi bmda  
& serua  
da in scrip-  
tura sacra*

*Propomi  
debet sa-  
era scrip-  
tura tam  
in Scholis  
quā in ho-  
plis*

confirmant ueram de **D**eo sententiam in animis, accendunt inuocationem, & alios pios motus. **S**ed in editionibus publicis omnes boni & prudentes optant delectū adhiberi, & pauciora scripta graui censura cōprobata spargi in populo. **N**uius rei curam mandarūt quidem **P**rincipes nobis, qui studia doctrinae regimus, sed quia non adiuuamur ab eis, officinae librarię nostras admonitiones ac leges leuiter curant.

**E**go domi solitus sum iuuenibus summā doctrinae **C**hristianae tradere, & lectiones usitatas in **E**cclēsia pponere, ut ad meditationē de uirtute omniū summa, id est, de agnitione, & inuocatione **D**eī assueuerent, & alia officia  
**D**eo

Deo grata discerent. **E**t multa sunt  
in ipsa **E**uangelij lectione, quæ si-  
ne literis, sine eruditioe, sine histo-  
riarum collatione non intelliguntur,  
**I**mo profecto qui summam doctri-  
næ **E**cclésiasticæ uel mediocriter  
uult intelligere, hinc necesse est me-  
te intueri totam mundi historiã,  
& de maximis rebus considerare  
discrimina cœlestis doctrine, &  
humanarum opinionum. **A**lter de  
inuatione **D**eï, de peccato, de  
reconciliatione, de iusticia, de causis  
mortis, denique de multis maximis  
rebus humana ratio disputat, ali-  
ter præcipit cœlestis doctrina. **E**t  
necesse est monstrare discrimina,  
ut ad uocem **D**eï nos alligemus, nec  
temere uagemur animis, fingentes,  
ut multos audiui, philosophicas

**A** iiii religis

religiones. **A**liquid igitur familiariter disserui de plerisque locis, de quibus antea meū extat iudicium. **N**ec existimaui futurū, ut hos domesticos sermones, quos ipse nō scripseram, quisquā efferret. **Q**uanquam autem prorsus optarim nō esse editos, tamen minus succenserē ijs, qui spargere coeperūt, si mihi cōcessissent emendandi spacium, aut si ipsi seuerius emendassent has confusaneas contiunculas. **N**ūc hoc mihi tantum relictum est, ut aliene stulticie veniam petam. **D**einde quod facerē, etiamsi ipse fuisset editionis autor, id nunc quoque facio. **P**rofitor me amplecti sententiam Ecclesiarū nostrarū, quam uere iudico esse consensum **E**cclēsię **C**hris-  
sti per-

sti perpetuū, & doctoribus Ec-  
clesiarū nostrarū permitto iudi-  
ciū, & de his annotationibus, & de  
omnibus scriptis meis. Nā Eccle-  
siæ iudiciū, quæ uocem Euan-  
gelij sonat, ex animo ueneror, &  
semper uenerandum esse duco.

De enarrandi ratione præfa-  
ri quid possim? cum consilium  
editionis non probem, et hæc ieiū-  
næ annotationes nequaquam res-  
pōdeāt Euāgeliorū amplitudini.

Est omnino magna & difficilis res  
explicatio Euangelij, q̄ ut antea  
dixi, complectenda sit cogitatione  
uniuersa omnium temporum Ec-  
clesia, & prudenter discernenda sit.

Lex a promissione, quæ est Euā-  
gelij propria, & in multis locis  
monstrandum discrimen Euange-

A v

lij, &

*Difficilis  
res expli-  
catis Eu-  
angelij*

*Tenentur  
discrimen  
Legis ac  
Euangelij*



*Euangelij  
partes no  
possit ex  
poni, nisi  
interpeta  
tor hinc  
at toto  
doctrina  
corpus*  
lī, et iudicij humani. **Nemo potest**  
interpretari partes **Euāgelij**, nisi  
integrum doctrine corpus medi-  
ocriter teneat. quod cum animo  
comprehensum est, prudenter uie-  
dendum, ad quam partem singu-  
læ historiae, aut contiones in **Euā-**  
**gelio** referendę sint. Et cōciona-  
tor, qui uolet prodesse populo,

*Concio  
natoris  
positum*  
dabit operā, ut auditores etiam  
assuefaciat, ut summā quandam  
doctrinæ Christianæ animo com-  
prehendere studeant, & quasi  
*σωματο ποιητη* Et in singulis mate-

*Concio  
nator  
quomodo  
oratione  
sua dis-  
ponere  
debeat*  
rijs dirigat orationē ad certos ei-  
us corporis locos. hos ex ueris  
fundamentis extruat & illustret.  
Hęc quantū cure, diligentia, pru-  
dentie, eruditionis, copia requirāt,  
mediocris interpretes experiundo  
cognosc

cognoscat. Ego in his pagellis  
breuibus hæc ne potui quidem  
efficere, sed in aliquibus inchoata  
res est. Multi sunt autem digni  
uituperatione, ueteres & recētes,  
qui in quamcūq; partem Euāgelij  
incidunt; quædā uulgaria *πάρεργα*  
dicunt, quæ habent in promptu,  
de his dū declamitāt ociose, sepe  
accidit, ut animaduerti possit

*ἕτερα μὲν τῶν πόδα ἕτερα δὲ τῶν ἑσθμῶν  
λέγει.* Vt autē *A*schines dicit, *scel-*

lus esse dissentire oratoris uocem  
a lege, ita multo maius scelus est  
interpretis in Ecclesia uocem  
pugnare cum Euāgelio.

Annitatur igitur, ut uera,  
recta, nata in ipsis fontibus, & salu-  
taria dicamus, & in uerbis pro-  
prietatem usitatā Apostolis, & in  
expos

*Concinnat  
toris uo  
ce nō de  
bere pug  
nare cū  
Euāgelio*

*Pastores  
duo p̄ci  
p̄ie cū  
rant.*

exponēdo ordinē artificū adhibea  
mus. quod si faciemus, rerū con  
sensus, **Ecclesiæ cōcordiā** retine  
bit. Nam p̄is pastoribus utraq;  
res curæ esse debet, primū uerita  
tis, deinde & concordia cōserua  
tio. **Ut** in foro utilissimū est & ue  
ris rebus, & uerbis cōgruere iu  
dices. ita profecto in **Ecclesia** salu  
tare est & dulce, in docendis ueris  
rebus, etiā similitudinem expositi  
onis communem mediocriter re  
tinere. Facilius enim agnosci res  
poterunt, usitatis & proprijs uer  
bis traditæ, q̄ si nouis figuris &  
inuolucris tegantur, aut prodigi  
ose misceantur. Et sepe sunt in  
sidia in illis inuolucris, ut apud  
uafros **Anabaptistas**, **E**contra ue  
rissimum est **Hud** Euripidis  
Ἠδὲ τὸ σαφεῖς. **Cum**

*Conciona  
tor sū  
sermonē  
proprijs  
ac usita  
tis uer  
bis cō  
ponat.*

Cum autem scriptū sit, filiū Eph: 4  
Dei ascendisse, ut dona det Eccle-  
siae, uidelicet doctores idoneos,  
ne circumferamur, ut Paulus lo-  
quitur, uarijs doctrinē uētis, oro  
toto pectore, ut excitet salutare  
doctores, & studia iuuetutis ubi-  
q; regat, & defendat, nec sinat aut  
turcicis armis, aut intestinis tu-  
multib. deleri Ecclesias, interfici  
pios sacerdotes, & dissipari Scho-  
las, aut nostra ignauia extingui  
Euangelij lumen. In tantis impe-  
riorum ruinis, ipsa periculorum  
moles ostendit, humanis consilijs  
aut presidijs Ecclesiā Dei non ser-  
uari, sed petendam & expectandā  
esse, a Deo æterno defensionē, qui  
quidem pollicetur se etiam senes-  
centem Ecclesiā seruaturū esse, ut  
Esaiaē

*Ecclesia  
no regi  
tur hu  
manis co  
silijs. sed  
a Deo se  
seruatur*

**E**saia 46. dicitur. Qui gestamini  
in mea aluo, usque ad senectā, id  
est, senescentes uos gestabo. **E**go  
feci, ego gestabo, & saluabo uos.  
**H**is diuinis promissionibus con-  
firmati, non abijciamus studia li-  
terarum **E**cclēsię necessaria, **S**ed  
speremus & mansuram esse **E**cclē-  
siam, & non defutura ei in aliqui-  
bus politijs hospitia, & labores  
nostros posteritati profu-  
turos, **Q**uod faciat filius  
**D**eī, seruator & cust-  
os **E**cclēsię  
suę.